Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



antequam gallus cantarei, Non autem omnes dicant
quotiens gallus cantarei, Marcus hoc solus nauerit
expressius. Unde nonnullis uidetur non congruere
ceteris quia parum attendunt, & maxima eorum
obnubilatur intentio cum aduersus euangelium ani
mo induuntur hostili. Tota enim pariri negatio
trina negatio est, In eadem namque permansit tre
pidatione animi propositoque mendacii donec
admonitus quidem predictum sit a Maro flentis & cordis
dolore sanaretur, Haec autem tota idest trina negatio.
si post primum galli cantum incipere falsum dixisse
uiderentur tres. quorum Matheus dixit Amen dico
tibi quia hac nocte antequam gallus cantet. ter me negabis;
Lucas autem dicit tibi pare non cantabit hodie gallus do
nec ter negis nosse me, Iohannes autem Amen amen dico
tibi non cantabit gallus donec me ter negis; Diuersis
enim uerbis & uerborum ordine eandem explicauerunt
sententiam dixisse dnm. Quod antequam gallus cantaret
eum pariturus esset negaturus; Rursus si totam trinam
negationem ante peregisset quam cantare gallus incipe
ret superfluo dixisse. Marcus deprehendetur exper so
nadm., Amen dico tibi. quia hodie in nocte hac priusquam
gallus bis uocem dederit ter me negaturus es; Quidenim
attinebit dicere prius quam bis. quando si ante primum
galli cantum tota illa trina negatio completur. simul
ante secundum. & ante tertium. & ante omnes galli cantus
eiusdem noctis completa inuenitur quae ante ipsum
primum completa paratur, sed quia ante primum
galli cantum cepta est illa trina negatio. Attenderunt
illi tres. Nonquando eam completurus esset pariturus
sed quanta futura esset. & quando cepturus, Idest
quia trina. & quia ante galli cantum; Quamquam